

www.e-rara.ch

Marci Tullii Ciceronis Officiorum libri tres

Cicero, Marcus Tullius

Basileae, an. 1524

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-651>

Voces aliquot annotatae ex officiis M. Tullii, per Erasmus Roterodamum

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

VOCES ALIQVOT ANNO

tatæ ex Officijs M. Tullij, per Erasmmum

Roterodamum.



Communis est omnium philosophorum)

Cum dicamus, hoc mihi cum illo commune est. Commune tamen omnium dicitur, potius quam omnibus. Etiam si in eodem hoc libro scripsit, Multa enim civibus inter se communia: nec reciproci servata proprietate, si modo locus mendo uacat.

- 2 Hic si sibi ipse consentiat) Consentit sibi, qui constat sibi, suiq; similis est. Vtrunq; recte dicimus, Consentit illi, & consentit cum illo.
- 3 Auemus aliquid audire) Auere pro cupere, uides & oratoribus usurpatum.
- 4 Perspicientia ueri) Hoc annotaui quod rarius est, Perspicientia sicut intelligentia.
- 5 Hisq; temere assentiamur) Assentimus homini, cui credimus, & assentimur rebus, quas credimus, ut liquet ex hoc loco.
- 6 Qua societas hominum inter ipsos) Ipse pronomen, proximum est naturæ reciprocorum. Ideoq; hoc loco ponitur ubi uera reciprocatio non est, sed quiddam illi simillimum.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 7 Vel benignitatem) Hic palàm docet M. Tullius benignitatem non significare mansuetudinem, quemadmodum uulgus putat, sed beneficentiã ac liberalitatem.
- 8 Iustum dicit, non tantum qui suum cuiq; reddit, uerum etiam probum, omniq; uirtute præditum, more Hebræorum.
- 9 Occupatio) qua rem uacua usurpamus primi.
- 10 Conditione) pro conuentione.
- 11 Ad usum hominum omnia creari) Creari dixit pro parari, Græcis. κτῆσασθαι.
- 12 Ipsi inter se, alij alijs prodesse possint) Quod Græci dicunt ἀλλήλοις, hic uerit alij alijs.
- 13 Tam est in uicio, quàm si parentes) Vulgatum est, In culpa, in crimine, in causa, in mora esse. Inusitatius autẽ in uicio esse, pro eo quod est peccare.
- 14 Expetuntur autem diuitiæ) Expetimus res egregias, aut ut egregias. Appetimus ad quæ ferimur affectu magis quàm iudicio.
- 15 Cum hoste pactæ induciæ) Ut homo pactus dicitur cui promissum est aliquid: ita res pacta dicitur quæ pacto promissa est.
- 16 Nationes bello deuictas in fidem cepissem) Dedo me tuæ fidei. Do me in fidem tuam, & capio te in fidem.

IN OFFICIA CIC.

- 17 Cum de captiuis cōmutandis Rhomā missus esset) Noue dixit, Missus est de hac re, pro eo quod erat, missus est ut ageret de captiuis cōmutādis.
- 18 Sed cum his, in quibus nō præclare agitur, sed sunt simulacra uirtutis) Coniocio sic legendum. Sed cum his quibuscum præclare agitur, si insunt simulacra uirtutis.
- 19 Ut enim ab illa discedatur infinitate) Infinitas pro immensitas, uox est non admodum frequens.
- 20 Interius etiā est) pro cōiunctius, siue magis affine.
- 21 Post consobrinorū, sobrinorumq;) Videtur appellare patruales consobrinos, sobrinos duarū sororum filios.
- 22 Sed omnes omnium charitates) Rarum est charitates numero multitudinis.
- 23 Quo est detestabilior istorū immanitas) pro, eoq; est detestabilior.
- 24 Principes sint patria & parentes) Principes dixit, primi loci, quemadmodum & principem uitæ diem dicimus.
- 25 Quocirca nemo) Quocirca pro quamobrem, siue iccirco. Id annotaui, quod multi uident hoc uerbi, ceu parum latinum. Utitur hac uoce, & inferius aliquanto.
- 26 In hac elatione & magnitudine animi) Elatio dixit etiā in bonam partem.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 27 Existuntq; in rep.) Existunt pro oriuntur, iam ante dixit.
- 28 Largitores & factiosi) Ut largitio in malum sonat, ita largitor, hoc sanè loco: Et tamen largitor inusitata uox est.
- 29 Quod maxime natura sequitur) Sequi dicitur qui expetit, assequi, qui obtinet.
- 30 Qui errore imperitæ multitudinis pendet) Pendet hinc, & pendet ex hac re. Horat. dixit, De te pendentis. Etiã si nonnulli codices habent de errore.
- 31 Hic in magnis uiris non est habendus) Pro in numero magnorum, Græco more: Ne quis hoc reprehendat alibi lectum.
- 32 Non est autem consentaneum) Pro eo quod est, nõ est probabile.
- 33 Parum enim sunt foris arma) Parum dixit, pro non satis sunt, siue non sufficiunt. In nonnullis pro parum scriptum erat parua. Vide num recte legatur parui.
- 34 Et hæreditas huius gloriæ) hæreditas hominis dicitur q̄ succedit, & rei dicitur hæreditas, in cuius possessionem succedit, ut hæreditas regni dei.
- 35 Hæc sunt opera magni animi) Quod Græci ἐγγο, hic uertit opera. Nos frequentius dicimus facta, quàm opera.

IN OFFICIA CIC.

- 36 Periculosa & callida consilia) Vt & Græci facinus
audax θεγμὸν ἔγγυον uocant.
- 37 Nunquàm omnino periculi fuga committendum)
Committere pro facere, sed in malam partem.
- 38 In discrimen uocantur) qui ueniunt in periculum.
- 39 De gloria uocantur in discrimen, qui gloriæ causa
periclitantur: quod ut noue dictum annotare
uisum est.
- 40 Vnum ut utilitatem) ἔρ Græco more dixit, neq;
tamen non latine, quanquàm usitatus est alte-
rum & alterum.
- 41 Honorumq; contentio) Noue dixit contentionem
honorum, contentionem susceptam honorum
gratia: Nam honores uocat magistratus.
- 42 Similiter eos facere) Noue similiter aduerbio sub-
didit, ut si nautæ inter se certarent: perinde
atq; usitatus est.
- 43 Ad uoluntatem nostram fluentibus) ἔξ ὄν τωρ: Et
hoc à Græcis sumpsit. Sumpta metaphora ab
æstu maris aut fluminis, uentisq;. In nonnullis
repperi scriptum ad uoluptatem, sed mendose,
ni fallor, etiam si Græci dicunt.
- 44 Nec adulari nos sinamus) Videtur passiuè dixisse
adulari, pro adulatione deliniri.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 45 Cum antegressa est honestas) id est, cum praecessit: noue dixit Cicero, quod fortasse Graecus diceret πρόκειται, siue προκλήται.
- 46 Etiam uitiosus quid conueniat) Vitiosos dicit improbos: Secus quàm mancipium, equum, aut domum uitiosum dicimus: Ne hoc quidem admodum frequens.
- 47 Ajax quo animo traditur) Hanc sermonis formam satis annotauit Valla.
- 48 Quatenus sermo delectationem habeat) Quatenus pro inquantum, & quemadmodum.
- 49 In domum multiplicatam) Multiplicatam dixit pro auctam, Nam proximarum aedium solum suis aedibus adiunxerat Scaurus.
- 50 Et ut in cæteris est habenda ratio, non sua solum, sed aliorum) Opinor pro sua, legendum sui. Et ratio reciproci pronomini seruabitur, si subaudiatur habenda homini.
- 51 Aliter domus ampla dedecori domino saepe fit) Planè aliter usurpauit pro alioqui.
- 52 Ne extra modum prodeas) id est, ne modum excedas.
- 53 Inhumanus uideatur inscitia temporis.) Frequentiùs inscitia dicitur eius qui insciens est. Hic noue ad rem refertur, pro ignorantione.
- 54 Animaduersores uiciorum) qui obseruant uicia:

IN OFFICIA CIC.

Noue dixit.

- 35 Cum omnis honestas manet à partibus quatuor)
 Manet dixit, pro proficiscatur: pro quo Hora-
 tius dixit, defluat, Multa q̄; merces unde potest
 tibi defluat æquo Ab Ioue.
- 36 Consociatio hominum) pro coniunctione.

ANNOTATIONES ALIQ VOT

sermonum ac uocum ex libro
 de Officijs secundo.

- 1 **Q**uemadmodum) pro, quo pacto, secus posi-
 tum est, quàm cum dicimus, quemadmodum
 diues est, ita potens.
- 2 Ducerentur) uenustius ducitur alicunde, quod in-
 de proficiscitur.
- 3 Sequitur) Tritius est, superest, restat, reliquum est,
 consequens est, ut de officio dicamus. Minus au-
 tem usitatum est, sequitur, in eodem sensu.
- 4 Maxime utile) Cicero uidetur uitasse superlatiuum
 huius nominis, utilissimum, siue utilissimum.
- 5 Nec me angoribus dedi) Dat se uoluptatibus, aut
 dolori, qui non repugnat, sed sese permittit.
- 6 Ad philosophiam retulissim) Ut aliquo se confert,
 qui proficiscitur, ita se refert, qui redit, & repe-
 tit quod ante reliquerat.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 7 *Multum adolescens*) Nouitate uenusta nomini substantiuo addi solet aduerbium epitaseos. Admodum adolescens, admodum puer, aut puella, ne parum sis leno, nimium mater es. Sed hoc loco multum referendum est ad genitiuum temporis interiectis in medio dictionibus nonnullis.
- 8 *Amicorum, & reip. temporis*) Noue dixit tempus amicorum & reip. pro tempore quod amicorum & reip. negocijs impendebatur.
- 9 *Requies curarum*) Vt animi requies dicitur, ita & curarum requiem dixit, cum à curis quiescitur: Quasi dicas ocium mentis, & ocium studiorum, cum à studijs cessatur.
- 10 *Aliquid acquirit*) Acquirere non est simpliciter aliquid nancisci, sed adiungere potius his quæ iam parta sunt.
- 11 *Nos autem ut cæteri*) Ordo sermonis perturbatior est, & obscurus amphibologia. Sic ordinari potest. Nos dissentientes ab his nempe Stoicis, qui alia dicunt esse certa, alia incerta, sicut & cæteri Academici dissentiunt, dicimus alia probabilia, alia improbabilia. Et mox contra posuit, pro uero siue rursus.
- 12 *Quod me impediât*) Vetat me loqui, usitate dicimus, obstat mihi loqui, non ausim dicere. Cum

IN OFFICIA CIC.

autem impedire nihil aliud sit quam impedimento esse, noue dixit Cicero, impediatur me sequi. Mollius & tritius est, impedit quo minus sequar.

- 13 *Causarum esset facta contentio*) Contentionem dixit, pro comparatione, siue collatione. Sic numero. 48. libro secundo. Si ea res in contentionem ueniat.
- 14 *Cōstitueret honestū*) Cōstitueret dixit, pro poneret.
- 15 *Ad eam speciem traducenda*) Traducere dixit, pro in diuersam partē ducere, siue transferre, quod uerbum in hoc quidem sensu est usitatus.
- 16 *Principes inueniendi fuerunt*) Principes dixit primos, sed noue addidit gerundiū inueniendi, sentiens primos inuentores.
- 17 *Conspiratione hominum*) Conspirationem usurpauit in bonam partem.
- 18 *Nulla tam detestabilis*) Videbatur posci, ut. Sed quoniam quæ non, resoluitur in, ut ea non, subiecit quæ, pro, ut ea.
- 19 *Artibus tribuuntur operosis*) Operosis dictū uideatur ab opera, non ab opere. Operosum dicitur, quod multo opere, multoq; negotio cōstat. Hic operosas dixit, quod operis, non animi uiribus exerceantur.
- 20 *Quibuscū congregamur*) Congregamur dictum est

ERASMI ROT. ANNOT.

- pro, consuetudinem habemus, & iccirco addit, cum quibus, ut dicimus, mecum habet consuetudinem.
- 21 Si quid importetur nobis) Importetur incommodū, noue dixit, pro inferatur.
- 22 Cum reflauit) Reflare fortunam dixit, cum est aduersa: quemadmodū resistit, qui ex aduerso obstat, & repugnat, qui ex aduerso pugnat.
- 23 Aut spe sibi id utile futurum) Noue nomini addit uerbū. Quis enim ausit ita loqui, uenio huc spe, te mecum iturum ad cœnam. Mollius tamen est, cum additur, ducitur spe, ductus spe: Nam spes est pro spero satis usitatum.
- 24 Vel ad perpetuitatem) Cum perpetuum ferè accipiatur pro continuo, hic perpetuitatem usurpasse uidetur pro eternitate.
- 25 Compunctum notis) Compunctū dixit, undiq; notatum. Vnde uidentur theologi dixisse compunctionem.
- 26 Desitum est enim uideri) pro desijt uideri.
- 27 Ex bellis transalpinis triumpharunt) Triumphamus hostem, quē in triumpho ducimus, & triumphamus ex his, unde triumphum referimus.
- 28 Capitur beneficijs) Mirum cur non uitarit amphibologiam, nam capitur beneficijs, qui ducitur & delectatur beneficijs. Hic sentit beneuolentiā adipisci nos benefaciendo. Amor

IN OFFICIA CIC.

- 29 Amor multitudinis cōmouetur) Commouetur p̄d
excitatur, in bonam partem.
- 30 Capere consilium) dicitur non qui consulit alium,
sed qui ipse reperit consilium.
- 31 Animi despicientia) Noue dixit despicientiam, pro
magnitudine, qua infra nos posita cōtemnimus.
- 32 Ac mox magis noue dixit, admirabilitatem facit,
pro eo quod est usitatus, reddit hominem uehe
menter admirabilem.
- 33 Nec illi quidem) Sunt qui dubitent, satis ne latinum
sit uti nec, si sequatur quidem. Hic tamen ita lo
cutus est Cicero : atq; alijs quoq; locis, ne quis
causetur hic fuisse casum, uelut libro secundo,
numero. 64. nec illi quidem septem. Rursus
numero septuagesimotertio. Rursus numero
octogesimoseptimo. Rursus. 89. Item. 90. 102.
Itē de amicitia, numero. 18. Rursus. 20. Rursum
de senectute numero. 27. Itē. 28. ac mox. 29.
- 34 Lælius is qui sapiens usurpatur) Noue dixit pro eo
quod erat, cui usus tribuit cognomen sapientis.
- 35 Cum prohiberet iniuria) pro eo quod erat, defende
ret ab iniuria.
- 36 Nam aliter iustitia non esset) aliter noue posuit pro
alioqui, quo modo usurpatur & aliās. Nam sea
cus ad hunc modum non ausim usurpare.
- 37 Sed etiā collocandæ) Collocatur opera, collocandæ

ERASMI ROT. ANNOT.

- tur horæ, collocatur beneficium, collocatur & pecunia quæ insumitur aut impenditur, sed id magis fit nouum in oratione absoluta. Mollius est cum dicimus collocauit in nugis, collocauit in ingratum male collocatum beneficium.
- 38 Iam diu laudabitur, dum &c) Videbatur quàm diu magis responsurū ad tam diu. Et tamen hoc negligens subiicit dum.
- 39 In hominum ignoratione uersatur) Noue dixit, pro hominibus est ignota.
- 40 Benigne fit indigeniibus) Bene fit, quibus præstatur beneficium, pro quo Cicero noue dixit, benigne fit, impersonaliter.
- 41 Gratificandi) Gratificandi dixit, quod Græci $\chi\alpha\rho\gamma\iota$ $\lambda\epsilon\theta\omicron\upsilon$, non ad gratiam aliquid faciendi, sed præstandi beneficium.
- 42 Quæ te malum inquit ratio) Malum hic uel aduerbium est, uel si malis, interiectio indignantis. Hoc non intelligens sciolus quispiam, ita loci hūc in plerisq; codicibus depraauauerat. Quod te malum inquit rationis.
- 43 Sed diligenter atq; moderate) Diligenter hic usurpat non illo uulgarī more, sed ut idem ualeat quod cum delectu.
- 44 Ut his ingratis esse non liceat) Docent illud grammatici, hoc genus sermonis triariam efferri, nō

IN OFFICIA CIC.

licet esse ingratis, non licet esse ingratos, non licet esse ingrati. Primum elegantissimū est, postremum durissimū.

- 45 Latissime manare) Dixit Cicero, sicut latissime patet, sicut latissime spargitur.
- 46 Gratiam autem & qui reddiderit) In locū huic affinenē arguitur Aulus Gellius libri primi. cap. 4. Is ibi citatur ex oratione. M. Tullij pro Planco.
- 47 Gratum se uideri studet) Vetusto more dixit, cū usitatius sit, qui gratus uideri studet.
- 48 Quere superius.
- 49 Qui rem haberent) dixit absolute, pro diuitē esse, secus autem, cum dicimus, rem habet cum illo.
- 50 Nulla antea cum fuisset) Annotanda est nouitas compositionis, nam simplicius erit, cum nulla antea fuisset.
- 51 Expilatio direptioq; sociorū) Hoc annotaui, quod quidam putant expilandi uerbum non posse referri ad personam, sed duntaxat ad rem, expilatur ararium: Hic uidemus & socios expilari.
- 52 Quid? qui eius &c) Quid separandum est à reliquo sermone: habet enim nihil aliud quàm uehementiam orationis, & excitat auditorem.
- 53 Habere quæstui) Dixit, quemadmodum dicimus, habere risui, habere ludibrio. Quod tamen non iidem liceat in cæteris omnibus.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 54 Optimates exterminarentur) Exterminare dixit in
exilium abigere. Quo uerbo secus utuntur
Theologi.
- 55 In Sicyonem attulisset) Si Sicyon hic est urbs, mirū
est additam præpositionem more Græcorū.
- 56 Ita perfectum est) Perfectum est, simpliciter usus est,
pro factum est.
- 57 Mox constituta concordia) Dixit pro facta, siue ini-
ta, siue constabilita. Nam aliās cōstituta dicun-
tur, quæ decernuntur, aut præscribuntur.
- 58 Ad sua uel tenenda, uel recuperanda obsit inuidia)
Noue dixit, obsit ad hanc rem, quemadmodum
dicimus conducit ad id.
- 59 Valere ut malis, q̄ diues esse) Valere dixit absolute,
pro bene ualere: & attende compositionē, uale-
re ut malis, quasi carmen sit, non prosa oratio.

ANNOTATIONES EX

tertio libro officiorum.

- 60 **S**I discendi labor) Discendi noue dixit pro di-
scere.
- 61 Ea efficiens est utilitatis) Cupiens uoluptatum & si-
milia satis in usu sunt: hoc ut minus usitatu, an-
notare uisum est.
- 62 Conuenienter naturæ uiuit) Verbi casum addidit
aduerbio. Id tamen apud Græcos usitatus est
quàm apud Latinos.

IN OFFICIA CIC.

- 63 Progreſſione diſcendi) Progreſſionem dixit profe-
ctum. Rurſus numero 65. Si qua ad uirtutem ſua
ctā eſt progreſſio. Ingreſſus initiū eſt, progreſ-
ſio profectus.
- 64 Eſt alibi citatum.
- 65 Aliter enim teneri non poteſt) Aliter rurſum pro-
pmodum poſuit, pro alioqui.
- 66 Reſpublicæ continentur) Continentur dixit, pro
conſtant: nam aliter continentur, quod compre-
henditur, aut incluſum eſt.
- 67 Ex quo efficitur) Efficitur dixit, pro colligitur ar-
gumentis.
- 68 Humana conſociatio) Conſociandi uerbo forte ſe
timuiſſemus uti, ni Cicerō uſurpaſſet.
- 69 Violare alterum) Græcorum more uſurpauit uio-
landi uerbum, non pro uim inferre, ſed pro iniu-
riam facere, præter ius: Græci dicunt ὕβρις
& ὕβρις, non ſolum uim, ſed etiam iniuriam,
aut contumeliam uocant.
- 70 Conſiliū eius peremiſſet) Noue uſus eſt uerbo perie-
mendī, niſi forte mendum ſub eſt, & legendum
eſt, præueniſſet.
- 71 Deos hominesq; celare poſſumus) Celamus eos alia
quid, quibus clam eſſe uolumus quod agimus.
- 72 Minime mali illi quidem) Peculiare eſt Ciceroni ad
hunc modum coniungere, quidem & illi. Quod

ERASMI ROT. ANNOT.

ut apud hunc frequēs est, ita haud scio, an apud
quenquam uetustiorum reperiatur.

73 Est alibi citatum.

74 Hoc animo inter se fuisse) Vt dicimus, nouimus inter
nos, amant inter se, id est, alter alterum: ita hic
dictum est, hoc animo fuisse inter se, pro utrūq;
in alterum.

75 Eosq; exterminant) Rursus exterminant dixit, pro
è finibus suis eijciunt: quod Latini interpretes se
rè usurpant, pro perdunt.

76 Orationis uanitatē) Vanitatem dixit, ut pugnet
cū ueritate, cū uulgo putemus uanitatē esse ia-
stantiā, fortassis ob id quod serè mētiantur multa
gloriosuli.

77 Argentariam faceret) Vt dicitur quæstū facere qui
negociatur, ita argētariam facere dixit Cicero.

78 Nomina facit) Nomina facit qui se debitorem con-
stituit: unde & bonæ fidei debitores, bona no-
mina dicuntur.

79 Semel indicaretur) Indicare dixit, æstimare. Id anno
tandum putauimus, quod in omnibus quos uide-
rim libris cōperimus deprauatum, iudicaret.

80 Vt etiā si minoris) Vt, hic habet significationē exem-
pli, confert enim factum cū factō. Qui pluris emit
cum licuisset minoris emere, uir bonus est iudica-
tus, at nō sapiens. Perinde esset si minoris uendi-

IN OFFICIA CIC.

disset, quod potuisset pluris uendere. Hoc admo-
nere uisum est, quod hunc locum cōpererim in
multis exemplaribus uiciatum, nec à cōmentas-
riorum scriptoribus aliquid lucis adduci.

- 81 *Proscripsit insulam*) Proscribitur homo qui damna-
tur hoc genere damnationis: proscribitur domus
aut alia res quæ uenalis scripto proponitur. Et
insulam uocat domum undiq; semotam ab alijs
ædibus, quales frè sunt magnatum.
- 82 *Societas est enim*) Subinde occurrit apud Ciceronẽ,
ut enim ponatur tertio loco, præsertim cū adest
uerbum, est.
- 83 *Interior eorũ*) Interiorem dixit coniunctiorem, una
de & intime coniuncti dicuntur, qui archissima
necessitudine copulati sunt.
- 84 *Testamentarij*) Qui supponunt testamẽta, aut alio-
qui fraude inuadunt.
- 85 *Vinculis & carcere castigandi*) In nonnullis exem-
plaribus, pro castigandi habebatur fatigandi.
- 86 *Ab hoc nulla fraus aberit*) Reciprocauit loquendi
formam: Nam dicimus, nõ abest à suspitione fur-
ti: Hic dixit, ab hoc nulla fraus aberit.
- 87 *Est alibi citatum.*
- 88 *Persiciat ut ueros hæredes*) Rursus persiciat dixit,
pro efficiat, siue faciat.
- 89 *Est alibi.*

ERASMI ROT. ANNOT.

- 90 Est alibi.
- 91 Non ita magnum) Ac mox, non ita turpe . Ita tantū
habet epitasin, nihil autē illi respondet: Quod
genus est cum dicimus, Ita sum hominem exper-
tus, ut denuo nolim experiri.
- 92 Quid? qui omnia recta & c) Quid separandum est à
sequenti sermone, quod expergefācit lectorem,
ut ante monstrauimus.
- 93 Nam si uiolandum est) Duo senarij sunt, tametsi Ci-
cero non seruat in his legem, quā Græci Tra-
gici seruant. Porro in secundo uersu, aut uerbū
est, elidendum est, aut in præpositio, ut constet
metri ratio.
- 94 Multi iniqui atq; infideles) Trochaicus est tetrame-
ter, catalecticus, nisi quod duæ postremæ dictio-
nes in omnibus quæ uiderim exēplaribus erant
transpositæ, boni sunt, pro, sunt boni.
95. In maxima gratia) In precio esse usitatissimū est,
in honore esse, itidem, in gratia & gloria esse,
non perinde usitatum: eoq; annotauimus, ne
quis ita uereatur loqui, cum Ciceronem habea-
mus autorem.
- 96 Si præmiū ei proposuisset) Videbatur hic sermo ma-
gis req̄rere pronomē reciprocū, si præmiū sibi
pposuisset, sed uitasse uidetur amphibologiā:
Nos in huiusmodi locis ferè solemus uti, ipsi.

IN OFFICIA CIC.

- 97 Præfracte defendere) Cicero præfractos uocat, qui à sententia non possunt abduci, quos ni fallor Græci uocant ἀυθάρεισ. præfracte pertinaciter. Hoc annotaui, quod eruditi quidam cōtenderint has uoces non esse latinas.
- 98 Stare cōuentis) Pro seruare pacta. Inusitatius quod dixit Vergilius, Manere dictis. apud Græcos mollius est ἐμμένειν.
- 99 Et Ithacæ uiuere ociose) Opinor Ithacam hic usura pari pro urbe eius insulæ, alioqui mirū non ad didisse præpositionem. neq; enim permetteret hic sibi Cicero, quod permisit Vergi. Deuenere locos letos. &c.
- 100 Cuius ipse princeps) Sex senarij sunt, quos oportet in exemplaribus distinguere. Cuius, hic non efficit nisi unicam syllabā: quemadmodū apud Terentium: eius, deos, monosyllaba sunt ubiq;. Et istius, simili contractione fit dissyllabum. Et percepset legendum, pro percepisset.
- 101 O fides alma) Trochaicus est tetrameter catalecticus. Aptum dixit, undiq; concinnatum. ut Vergi. Stellis ardentibus aptum. Cum quid ita contextum est, gemmis aut similibus, ut inter sese contingant, nam ab ἄππομα Latina uox ducta uidetur.
- 102 Alibi citatum.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 103 Iniussu enim populi) Iussu tuo, iniussu tuo, iussus feci, iniussus fecisti.
- 104 Fœdus fecerat) Inire fœdus, ictū fœdus, pactū fœdus, ferire fœdus, percussū fœdus, usitatiora sunt, quàm facere fœdus: Et ob id annotare uisum est.
- 105 Efficiens uoluptatis) De quo & ante annotauimus.

EX LIBRO DE AMICITIA.

- 1 Cvm sæpe multa narraret) Quoties iunguntur hæ duæ uoces, cum & tum, solet conuenire modus uerborū, quod mirum est hic nō fieri, nisi forte pro narraret legendū est narrare.
- 2 P. Sulpitio utebare multum) Pro multū fuisti familiaris. Satis noue dictum est, nam usitatius, multus mihi cum illo fuit usus.
- 3 Ne inquam, & inquit sæpe int.) Hunc locū subtaxat Valla in præfatione dialogi de libero arbitrio, sed argute magis quàm grauitè: nā Cicero non enumerat uerba, sed ostendit genus sermonis, quod submolestum esse solet, iteratione.
- 4 Sibi suo tempore) Sibi additum est, non perinde festiuitatis gratia, atq; ut respōdeat dandi casui, qui mox sequitur reipublicæ.
- 5 Eam uiriditatem) Vigorem appellat uiriditatem: nam languescit uiror in his quæ marcescunt.

IN AMICITIAM CIC.

- 6 Quae se in quiete) Aut subaudiendum de, qua de se, aut addendum. In nonnullis pro qua habebatur quæ, quæ lectio mihi magis arridet, ut referatur ad uerbum, differebat ea quæ.
- 7 Quia cū Scipione uixerim) Non inficior, quia iunxi uerbis subiunctiuis, sed haud scio, an scriptū fuerit qui.
- 8 Aequae Græcorū) Legendum arbitror, eaq; Græcorum, ut sensus sit, ne doctorum quidem omnium hanc esse consuetudinem, sed tantū Græcorū.
- 9 Nisi in bonis) In bonis Græco more dixit, pro inter bonos.
- 10 Qui assequuntur, quantum homines possunt) Assequuntur, positū uidetur pro sequuntur, ut Græci dicunt παρακολουθεῖσι. Quanquam in alijs legitur, sequuntur.
- 11 Ex infinitate societatis) Rursus infinitatem dixit, haud scio unde: Nā ab infinito non potest dici infinitas, sed ab infini potest, quod tamē in usu nō est, quemadmodū ab affini dicitur affinitas. Nisi quod in nonnullis exemplaribus habebatur, ex infinita generis humani societate.
- 12 Nihil aliud nisi) Et nihil aliud quàm, utrūq; latine dicitur.
- 13 Præclare illi quidem) Rursus iunxit, quidem & illi, quod alibi notauimus.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 14 De his communis uita contenta) His contenta est, uis
tatius dicitur: De his cōtentus sum, nescio an la
tine dicatur. Videndum igitur an locus mendo
uacet, ac planè puto.
- 15 Vita uitalis) Sic enim Græci βιοτὸς βίος, quasi dia
cas, uiuibilis uita. Nam iuxta ueterum exempla
ria lego principio, cui potest esse uita uitalis,
non quis potest, ut in nonnullis scriptū uisitur.
- 16 Quo cum omnia) Ego malim, qui cum omnia.
- 17 Opes ut colare) Hic palam distinguit opes à diuitijs,
licet altera res alteram soleat comitari. Inopia
est amicorū magis, quàm rei familiaris, & im
potentiæ uerius quàm egestatis.
- 18 Citatur alibi.
- 19 Luxuriæ conditione) Conditione dictū hic uidetur,
non à condendo, sed à condiendo. Inter iuuenes
autem his etiam de rebus solet esse cōcertatio.
- 20 Ab amico quippiam contendisse) Attende recte di
ci, hoc à me contendit, pro eo quod erat, hoc à
me instanter petijt.
- 21 Citatur alibi.
- 22 Neq; immunis, neq; superba) Immunem dixit, quod
abhorreat à cōmuni functione uitæ. quemadmo
dum olim philosophi, & hodie monachi quidā
abhorrentes à functionibus uitæ communis.
- 23 Amabiliſſimum nodum) Ab huiusmodi nominibus

IN OFFICIA CIC.

raro uidemus superlatiua. Quis enim legit mirabilissimus? aut quis sic ausit loqui?

- 24 Neq; diligit) Neq; & nec cōiunxit. Id annotaui ob quosdam in his nimium superstitiosos.
- 24 Intolerabilius fieri potens) Fieri dictū uidetur, pro esse, Græcorum more γίϋεσθαι, siue γινώσθαι.
- 25 Quasi termini diligendi) Aut diligendi dixit, pro undiq; eligendi, aut dirigendi legendum est.
- 26 Quàm multa enim) Quanto sanctius hic, quàm theologi quidam, qui docent ordinem charitatis.
- 27 Edixero) Videtur usurpasse pro dixero.
- 28 Est enim quatenus) Græco tropo est usus. Est ubi, pro alicubi, est quatenus, pro aliquousq; , est quando, pro aliquando, est ut uir uiro præstat. aliquo modo uir uiro præstat.
- 29 Mediocre telum) Telum noue dixit instrumentum: Nam telo assequimur quod ferimus.
- 30 Quasi aquis tempestatis) Aequè mendose, ni fallor, in alijs scriptum habebatur, equis temperatis: legendū arbitror, equis tentatis. Nam modice tentamus equos, priusquàm laxemus illis frenos ad cursum: ita non statim recentī amico per omnia fidendū. In uetustioribus exemplaribus habebatur aquis, non equis: & hæc lectio magis etiam arridet mihi: Quandoquidem cursus nō minus nauū dicitur quàm equorum, & nauæ demissa

ERASMI ROT. ANNOT.

- sa bolide tentant profunditatem aquarū, priusquam passis uelis se credant arbitrio uentorū.*
- 31 Periclitatis moribus) Periclitatis pro expertis, & ex perimento probatis, dixit passiue.
- 32 In bonis rebus) Noue bonas res dixit secundas, malas aduersas.
- 32 Sicut aliarū rerū societates) Licet reclament omnes quos uiderim codices: tamen dubitandū non est quin pro societates, legendū sit satietates.
- 33 Patres esse duxerūt) ἠγοῦντο .i. existimarunt: ita planè usurpauit: Licet eos quoq; ducimus esse patres, quos patrū habemus loco, cum sciamus nō esse.
- 34 Aliter enim amicitiæ stabiles) Aliter pro alioqui, sicut ante cōmonstrauimus.
- 35 Quanta maxima potest) Hanc loquendi formā nullus auderet sequi, nisi Ciceronem autorem haberemus.
- 36 Ad amicos redundet infamia) Ab inundatione, quæ ripas egressa, proxima quæq; comprehendit, atq; inuoluit: Usitatius tamen est, recidit.
- 37 Et alterum acquirit) Rursus acquirit dixit, pro adiungit, & lucro apponit.
- 38 Quæq; ipsi nō tribuunt amicis) Aliter tribuimus amicis, quod illis ascribimus, aut etiam concedimus aliter hic dixit, tribuunt amicis, pro eo quod est præstant. Atq; in hoc sensu planè rarum est.

IN AMICITIAM CIC.

- 39 Colent se inter se) Satis erat, colent inter se, & ita fortassis à Cicerone scriptum erat.
- 40 Tum eleuare) Id est leuius reddere, unde eleuatur autoritas hominis, cui pondus detrahitur.
- 41 Coaptatio) Ita fermè deprauatum est in omnibus libris, cum scribendum sit coaptatio.
- 42 Hodie me ante omnes) Duo senarij trimetri sunt ex fabula cui titulus Epicureus.

EX LIBRO DE SENECTUTE.

- I IN multis codicibus deprauate scriptum erat, præmij, pro precij. In eodē carmine uidetur elidendum, s, in deprimeris. Est autem uersus imperfectus.
- II Haud magna cū re) Sic ferè deprauatum est in omnibus libris, cū legendū sit ex emendatissimis exemplaribus, simulq; ex translatione Theodori Gaza, haud magna in re. Sentit autē hominem tenuem. Ita & Horatius. Et intenui re. Theodorus uertit ἐπὶ πράγματι οὐ πάνυ μεγάλῳ ἔμπελεως γεμῆρ τῷσιεως ὡρ εἰρήκα. Quamquam mihi non satis liquet, an Theodorus germanam Ciceronis sententiā uel perceperit, uel expresserit. Primum enim Græcis πρᾶγμα pro facultatibus positū nusquam repperi, dicturis potius opinor, ὑπᾶρξαι, aut οὐσίαι. Deinde uidetur Gaza sensisse, quod Ennius hæc dixerit ad amicam

IN SENECTVTEM CIC.

in negotio non admodum arduo. Alioqui addit
 disset articulum Græcum ὃ ἐν οὐ πάνυ μεγάλην
 πρᾶγματι.

- 3 Quibus meipsum) Nouū sermonis genus: neq; enim
 hoc sentit se suspicari, iuuenes iisdem rebus cō-
 moueri, quibus suspicatur seipsum commoueri.
 Quis enim suspicatur de seipso?
- 4 Et si te quidem) Quod hic absolute subijcit, & si, id
 usitatus est, in quanquam: neq; tamen uerebi-
 mur imitari Ciceronem.
- 5 Adeptā) Dixit passiuē, qd̄ tamen inuentu rarius est.
- 6 Tanquam deū sequimur) Allusit ad prouerbium ἐπὶ
 θεῶν: Vnde θεομαχῆς dicitur, qui naturæ repugnāt.
- 7 Quasi uictum & caducū) sic habetur in plerisq; co-
 dicibus: legendū aut̄ uictum atq; caducum. Nam
 flaccidum, & uigore carens, uictum dicitur.
- 8 Speramus quidē senes fieri) Nouū est, speramus fieri.
- 9 Propter opes & copias) Nouum est copias usurpari,
 non pro exercitu, sed pro diuitijs.
- 10 Constat hunc locum deprauate legi in omnibus uul-
 gatis exemplaribus, excepta proxima editio-
 ne, quam multo castigatiore debemus eruditis-
 simo uiro Baptistæ Egnatio. At ut ille legit,
 ita uertit Theodorus Gaza, οὐτε ἄρ' εἰ ἐγὼ σε-
 γίφιος ἦν, ἐν δόξῃ ἄρ' ἐτύγγανον, οὐτε εἰ σὺ
 ἀθηνᾶος, ὄνομασός ποτε ἄρ' ἐγένου. Ac recte
 quidem

IN SENECTVTEM CIC.

quidem Theodorus, sed aliquanto cōmodius exa-
tulit Plutarchus in apophthegmatis. ἀλλὰ οὐτ'
ἄρ' ἐγὼ σεξίφιτος ὢν ἐγενόμην ἐνδοξος, οὐτε
στ' ἀθηνάιος.

- 11 Qui Tarentum recepit) Recipit qui promittit. Re-
cipit se, qui redit unde uenerat. Recipit, cui red-
ditur aliquid. Recipit urbem, qui recuperat.
- 12 Ad Capuam) Nomini urbis, addit præpositionem.
- 13 Quæ pro reipublicæ salute fierent) Est ab Hectoris
apophthegmate profectum.
Εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι πρὶ πάτρησ'.
- 14 Contra rempublicam ferrentur) Ferri dicuntur ple-
bis citta, ac leges. Cæterum quod sequitur contra
auspicia ferri, legendum arbitror fieri, nō ferri.
- 15 Ad Appij Claudij) Vt usitatum est, accedit ad hoc,
ita infrequens est accidit ad hoc. Vnde mendum
arbitror, ut in alijs rectius legi, accedebat. GAZA
uertit πρὸσθήρ.
- 16 Hanc ille agit) Nouum est, egit orationem, pro has-
buit orationem.
- 17 Mox septem & decem annos) Opinor legendum,
decem annis: Neq; enim dicimus, triduum post-
tuum abitum profectus sum, sed triduo.
- 18 Similesq; sunt, ut si qui &c.) Noue dictum & hoc Ci-
ceroni: mollius erat, perinde faciunt ac si &c.
Hoc annotandum putauit, ob quorundā in dicendū

- do morositatem : Cum uideamus nec Ciceronem usq; adeo fuisse supstitiosum . Ac Paulo inferius .
- 19 Cedo qui uestram rempub) Apparet carmen esse Iambicum, tetrametru . Et constat addita dictione tantam, quæ in nostris uulgatis exemplaribus hæctenus non habebatur : ut legatur ad hunc modum, Cedo qui uestram rempublicã, tantam amissistis tam cito. Sed aliter uersus non perinde constat suis pedibus: Nisi legamus, Porro ueniebant rhetores, noui, stulti, adolescētuli . Et uerisimile est scribam pro rhetores posuisse oratores, ceiuocem idem pollentem. Cæterum quod in uulgatis codicibus habetur scriptũ, Vt est in Ennij poetæ libro, in alijs, Vt est in Ennij posteriore libro, haud dubie mendosum est : legendum autẽ, Vt est in Næuij ludo : sicut in Næuij poetæ ludo : Nam & Theodorus uertit $\epsilon\upsilon\ \pi\alpha\upsilon\delta\iota\alpha$. Præterea quod in nostris habetur, Sic enim percontantur: quemadmodũ legisse uidetur Theodorus: Aly legunt, Sic enim percontãti, ut est in Næuij ludo, respondentur, & alia, & hoc in primis.
- 20 Cum ætate processisset) qui prouectæ sit ætatis, eũ dicit in ætate processisse.
- 21 Ne perdam memoriam) Vulgo putabatur officere memoriæ, si quis legeret inscriptiones sepulchrorum.

IN SENECTVTEM CIC.

- 22 Omnia quæ curât.) Aliter curo quibus prospicio,
aliter ea quæ mihi curæ sunt.
- 23 Ad summam senectutem) Dixit, sicut ad extre-
mum, pro postremo loco. Et noue dixit facere
tragœdias, pro scribere.
- 23 Quam illud idem) Fortasse uidebor nodū, quod
aiunt, in scirpo quærere. At mihi uidetur locus
nō carere mendo: siquidē hic sermo: Melius Cæ-
cilius de sene &c. uidetur esse Catonis proban-
tis qdem superiorē Cæcilij sententiā, sed hanc
non perinde probātis, quam his uersibus com-
plexus sit.

Aedepol senectus, si nil quicquā aliud uitij
Apportet secum cum aduenerit, unū id est satis.
Quod diu uiuendo, multa quæ nō uolt uidet.
Sunt senarij tres, comici: & sermo non sapit
orationem Rhetoricam: ut nil quicquam, & ap-
portet secum, & quæ non uolt. Hæc nimirum
comicorū ueterum sunt. Quanquā uero proximi-
mū est, Lælij personam ab hoc loco submouen-
dā esse, ut accipiamus Catonem ipsum diluere,
Theodori Gazæ interpretatio. Nec apud hunc
quod sibi è Comico obiecerat. Hic mecum facit
additur idem: quæ uox mihi uidetur adiecta abs-
quopiam uolente explicare quid demonstraret
pronomē illud, qui subiecerit id est: ac rursus
ex idest abbreviato factum idem.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 24 Illud uero idem) Rursus hic sermo uidetur esse
Catonis sibi locū alterum obijciētis ex eodē po-
eta, citantis alios duos è Cæcilio senarios. Tunc
etiam in senectā hoc deputo miserrimum, Sen-
tire ea etate esse odiosum se alteri. Quod si uer-
sus duriusculi sunt, nemo miretur, cum alicubē
Cicero scriptorē hunc ferreū uocet. Citantur
autem apud Noniū Marcellum ex Ephæstione
in dictione senium: Vbi nō additur etiam, &
deputo legitur, non reputo.
- 25 Facit sibi audiētiam.) Noue dixit, neq; nō elegā-
ter, tamen pro eo quod erat, reddīt attentum
auditorem.
- 26 Nec erat ei uerecundū) Opinor pro uerecūdum
legendū uerendum, nisi forte idem est uerecun-
dum & uerendum.
- 27 28 Citantur alibi.
- 29 At multi ita sunt) Hoc loco quidam admiscuerāt
rursus personā Lælij, cū sit sermo Catonis sibi
ipsi hæc obijcientis, ac sibi mox respondentis.
- 30 Nisi tanquā lumini) Tanquam adhibuit ad signi-
ficandam similitudinem.
- 31 Quanta percipi potest maxima) Hanc sermonis
figurā & ante notauimus.
- 32 In Gallia exhortatus est à scorto) Si locus men-
do uacat, exhortatus est, dixit passiuē.

IN SENECTVTEM CIC.

- 33 *Damnati rei capitalis*) *Damnati capitis usitatus* est, *Damnati rei capitalis*, hoc uenustius, quo rarius.
- 34 *Crebro funali*) *Funale* dixit *tedam* aut *facem*, ex unctis funibus contextam.
- 35 *Tum cōpotationem*) *Græci* nō *latine* loquuntur, sed *Cicero* interpretatur, quod *Græci* dicunt *συμπόσιον* & *συνδείπνιον*.
- 36 *Magisteria delectant*) *Magisteria* uidetur dicere *regna conuiuialia*.
- 37 *Emeritis stipēdijs*) *Emeritos* *milites usitate* dicimus, *Emerita stipendia* rarius est.
- 38 *Secumq; ut dicitur uiuere*) *Apparet idem esse cum illo*, *Tecum* *habita*.
- 39 *Fabulam elicuiisset*) *Vide num locus mendo uacet*, & *num legendum edidisset*.
- 40 *Versiculo quodam*) *Versus* adhuc extat.
Γηγάσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Id est,
Assidue discens plurima, fio senex.
- 41 *Existit tanq̄ ad articulos*) *Eleganter* dixit *gemam* *existere quæ emergit*: *Et ad articulos* dixit, *pro iuxta articulos*.
- 42 *Non illius quidem iustæ*,
- 43 *Quod cuiq; temporis*) *Quod temporis*, *pro quod tempus*, *sive quantum temporis*.
- 44 *Coagnētavit*) *Pro coniunxit*, *sive cōglutinavit*.

ERASMI ROT. ANNOT.

- 45 Neq; funera fletu faxit) Nouum est facere *funus*,
pro agere exequias.
- 46 Quod ad eam propius adsum) Nouum est adsum
ad eam: eoq; uisum est annotare.
- 47 Vitā essem terminaturus) Vt naufragiū facit , cui
nauis frangitur , ita terminat uitam aut gloriā,
cui finitur gloria aut uita .
- 48 A calce ad carceres) Mire coniunxit diuersas me
taphoras: Siqdē à calce sumptū est à corpore hu
mano: ad carceres , sumptū ē à spacio ludorum
equestrium

EX PARADOXIS CICERONIS.

- 1 Sed dicēdo consequi tamē) Conduplicauit con
iunctionem sed tamen , sicut fit in attamen .
- 2 Quæ non sanè probantur in uulgo) Noue di
ctum in uulgo pro uulgo .
- 3 Quasi punctis quod proposuit efficit) Rursum
efficit positum est pro colligit.
- 4 Ludens conieci) Conieci pro collegi positum ,
sed tumultuarie.
- 5 In tuo nomine apparuit) Noue dictum uidetur
in tuo nomine: & apparuit dixit, pro in apertū
prodiit, ἐφ' ἑνὸς: subindicans hoc opus non esse
eiusmodi, ut debeat in lucē & in publicū exire.
- 6 Quæ dicuntur in scholis θετικὰ) θετικὰς positiones
sunt, & argumēta disputatiū. In nonnullis codicibus

IN PARADOXA CIC.

- cibus falso scriptū erat κτῆτικὰ, & adiectum
 possessiua: quanq̄ & in cæteris positiua non à
 Tullio additū, sed à lectore reor adiectū fuisse.
- 7 Non modo nō repugnāti) Nō modo, posuit in po-
 steriore sermonis parte, præter morē vulgatū.
- 8 Suis quisq; fingitur moribus) In alijs scriptū com-
 peri fingitur, & rectius sanè: Neq; enim dubiū,
 quin retulerit puerbiale dictum, cuius meminit
 Cornelius Nepos in uita Pomponij, Suam cuiq;
 mores fingūt fortunā. Proinde & hic legēdum
 arbitror, suis cuiq; moribus fingitur: aut certe
 ut nimīū demutemus, Suis cuiusq; moribus fingi
- 9 Matellionem) Arbitror dici signū repræsen- (tur.
 tans seruum porrigentem matulam.
- 10 In libertatē uindicari uult? Minime) Hic in nōnullis
 codicibus adduntur ea quæ paulo inferius adijci-
 untur, quibus & possumus & debemus: Rursus quæ
 sequuntur, quibus & possumus & debemus, uiden-
 tur à cōtextu reuulsa. Sic enim apparet legendū,
 Quid enim adiungit, nisi uobis uniuersis, quibus
 & possumus & debemus? Dominum mutare non
 liber esse uult. Nos uero siquidem & c.
- 11 Et fructuosas) Rursum fructuosas dixit, pro frugife-
 ras. Hoc admonendum putauī quod quidā abhor-
 rent ab hac uoce, tanquā parum Ciceroniana.

FINIS.